



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 7. quasi possessio iurispatronatus, seu iuris præsentandi quomodo  
prebetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

CAPVT SEPTIMVM.

Quasi possessio iurispatronatus, seu Iuris præsentandi quomodo probetur.

SVMMARIVM.

- 1 *Quasi possessio iurispatronatus est facilioris probationis.*
- 2 *Concil. Tridentin. Sessio vigesimaquinta de reformat. cap. 9. requirit multiplicatas præsentationes per tempus im memorabile.*
- 3 *Stylus articulandi in praxi pro quasi possessione probanda.*
- 4 *Forma probandi quasi possessionem iurispatronatus.*
- 5 *Super singulis dictis singuli formantur articuli.*
- 6 *Quasi possessio iurispatronatus ex quibus dignosci possit.*

**F**acilior modus † probandi, & obtinendi in iure patronatus, est probare quasi possessionem iurispatronatus, seu Iuris præsentandi, & ideo quamuis aliquis se dicat,

& asserat patronum, si postea probet se esse in quasi possessione Iuris præsentandi, obtinebit. Talis autem quasi possessio probari potest per instrumenta præsentationum, & institutionum, vel quia patronis facta sunt solita fieri habentibus tale Ius. ad nota ta in cap. si vero. de iure patronat. & secundum dicta in cap. consultationibus. de iure patronat. & Concil. Tridentin. † Sess. 25. de reform. c. 9. requirit multiplicatas præsentationes per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat. vide Farinaccium parte prima, tomo primo, & secundo. Decif. 615. 195. 222. 224. 347. & de probatione huius quasi possessionis, vide Card. Mant. Decif. 208. Rot. Rom. & Praxim Archiepiscopalem.

Leonis par. 2. cap. 21. de iurepatronat. num. 1. & sequentibus, & Mascardum de probationibus. concl. 1217. Quare † stylus articulandi in praxi erit huiusmodi, quem etiam ponit Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæst. 10. artic. 6.

4 Comparet † Nicolaus Mazzolius clericus Pisanus præsentatus ad Capellaniam sancti Ioannis Chrysostomi sitam in Primatiali ecclesia Pisana, & pro verificatione Iurium suorum principalem patronorum dictæ Capellaniæ existentium in pacifica quasi possessione iuris præsentandi ad dictam Capellaniam: & breuiter dicit se fuisse, & esse præsentatum ab Illustr. Domino Ioanne de Riccis Patritio Florentino patrono dictæ Capellaniæ, & existente in pacifica quasi possessione Iuris præsentandi ad dictam Capellaniam quando vacare contingit: quæ Capellania fundata fuit, constructa, & dotata ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Domino Iuliano de Riccis Archiepiscopo Pisano, &

post mortem dicti Illustrissimi Domini dictum iuspatronatus, deuenit in Petrum de Riccis, qui ad dictam Capellaniam vacantem præsentauit Presbyterum Franciscum de Vbertinis, qui fuit institutus, dictamq; Capellaniam per multos annos pacifice possedit: postea peruenit dictum iuspatronatus in Carolum filium dicti Petri, qui ad dictam Capellaniam vacantem per mortem dicti Francisci præsentauit Presbyterum Tiburtium Grillettum, qui fuit institutus: demum dictum iuspatronatus peruenit in Dominicum filium dicti Caroli, qui ultimo loco ad dictam Capellaniam vacantem per obitum dicti Tiburtij, præsentauit Presbyterum Iulium de Braccis clericum Pisanum, qui etiam fuit institutus: demum Petrus dicti Dominici filius, & hæres ad eandem Capellaniam vacantem per obitum dicti Iulij præsentauit dictum Compantem: & hæc omnia probantur per instrumenta authentica. Et super † singulis superius dictis singuli poterunt for-

formari articuli, & ex quibus  
6 dignosci † possit quasi posses-  
sio iuris presentandi ad be-

neficiam: vide Decif. Rot.  
Roman. lib. 3. in nouissimis  
Decif. 680.

CAPVT OCTAVVM.

Quomodo probetur presentatio, & institutio.

SVMMARIVM.

- 1 Presentatio probatur per instrumenta, ita & institutio.
- 2 Et per litteras institutionis sigillatas.
- 3 Et sufficit sigillum Ordinarij.
- 4 Et probanda est consuetudo, qua fides adhibetur talibus litteris.
- 5 Cautela est facere instrumentum presentationis, & aliud institutionis.
- 6 Patronus esse quis non probatur, si tanquam patronus fuit honoratus.
- 7 Ius patronatus probatur per litteras antiquas in lapidibus incisas.
- 8 Sed quo ad primum fundatorem ibi nominatum.
- 9 Litteræ antiquæ incisæ in Praxis Iurispatron.

lapidibus, quando, & quomodo probent.

**I**N materia probationis iurispatronatus, & iuris presentandi probatur presentatio, & institutio † sequuta, per instrumenta successiue facta, si in authentica forma producantur: & ita procedunt notata in cap. si vero. de iure patron. quæ instrumenta debent esse celebrata cum notario, & testibus. Item  
2 per † litteras institutionis ipsius Ordinarij cum suo sigillo authentico probatur, si adfint testes cum subscriptione notarij. Et si litteræ Ordinarij sint † confectæ cum suo sigillo tantum, probant, si talis extet consuetudo. Bald. in rubr. colum. penult. C. de

O 3 fide